

P R Æ F A T I O

tente fiat, istud omne incassum sit; sed justo latius extendit *Zwinglianus* Spiritus suum adsertum, ut his & similibus Dicte-
riis S. *Ministerio* vim suam auferat à Christo, ut suis *origi-*
nis, communicatam; ideo scilicet ritum *privata Confessionis*,
quam cum *auriculari illa Papæ, Conscientiarum Carnifi-*
cina, nullo modo comparari sinimus, adeo contemptim
habet, eamque *exosam* bonis mentibus animisque facere
studet. Quo etiam *Petrus Molinaus* inclinatur, in *Thesaur. Se-*
danensium, Vol. I. pag. 674. Nec unquam, scribens, Apo-
stoli dixerunt cuiquam peccatori: *Absolvo Te*. Nec invenitur
ullum Exemplum ullius peccatoris, qui petierit ab Apostolis re-
missionem peccatorum. Nam quod *Paulus 2. Cor. II. v. 10.* di-
cit, se ignoscere incesto Corinthiaco, & jubet Corinthios ei
ignoscere, intelligendum est de remissione poenarum, seu Cen-
surarum Ecclesiasticarum, per quam peccator, motus communio-
ne Fidelium; reconciliatur Ecclesie, & ad communionem admit-
titur, non verò de remissione coram DEI tribunali. Nec ali-
ter accipienda est potestas ligandi & solvendi, & remittendi
peccata, data Apostolis à CHRISTO & eorum Successoribus,
Matth. XVIII, 17. Joh. XX, 21. Quibus junge *Corcium*
reliqvorum Fanaticorum omnium, Weigelium, Part 2. Po-
stillarum, pag. 203. Wir dürfen nicht beichten / nicht von
dem Priester die Vergebung der Sünden haben: Er hat
keine Gewalt / die Sünde zu vergeben; GOTT allein
vergiebt die Sünde / und kein Mensch. Quæ, si veritati
essent consentanea, Christus aut errasset, aut mendacium
dixisset, quod utrumque blasphemum dictu & auditu est,
quando Apostolos in universum mundum emiserat, dicens:
Welchen (nehmlich Bußfertigen) ihr die Sünde erlas-
set / denen sind sie erlassen. Quæ certè; velut univer-
falia